



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Auaritia placet diabolo propter tria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

CHRISTIANA

Auaritia placet diabolo
propter tria.

2. Ti. 6. **P**rimo , quia avaritia est laqueus diaboli , sicut dicit San-

ctus Paulus . Qui uolunt diuites fieri , incident in laqueum diaboli , & in tentationes &c. Et Hieron-

Augus. nymus appellat avaritiam , laqueum diaboli . Et Augustinus dicit ; Qui

diuitias cupiunt , capi cupiunt . Secundo , quia auari ministri eius sunt ,

Hier. 16 Vnde Hieremias dicebat . Serui eius alienis , id est de monibus , qui non dabunt uobis requiem die nocte , id est in prosperitate , & in aduersitate . Et Ioannes Christi dile-

Ioan. 5. ctus ait . Mūdus totus , id est , mundi amatores , in maligno positus est ; id est , in maligni potestate . Tertio , quia auari , cibis eius sunt . Vnde legimus in Genesi , quando Dominus

Gen. 3. dixit serpenti , terrā comedes , omnibus diebus uitæ tuæ , id est terreno-

Esa. 45. rum amatores . Et Esaias dicebat . Serpenti puluis panis eius . quod

Augus. Augustinus concludens ait . Ne sit ergo puluis , si non uis comedì à ser-

pente , &c.